

ra neq; tantum aliena prosequi: q̄ nostra pari gradu exequi uidebimur. Pla-
 cet autem langobardorum originem breuiter quasi annotare. Hanc gentē
 ex ultima germania oriundam inter omnes constat. Erupisse autem ex in-
 sula scandinauia: Subducta maxime ad glaciale polum: Auulsa a con-
 tinenti magno haud admodum interuallo. Vt oceani aestus tum fluxu: tū
 refluxu: nunc insulam faciant: nunc redigant incontinentem. Huius insulae
 populi: dum maiorem ī multitudinem excreuissent: q̄ ut ad eorum uictū
 insula sufficeret: Tesseram misere ī partes tris: ut in quam sors caderet: ad
 nouas quarendas sedes proficisceretur. Domo egressi Aione & Tatone du-
 cib: armis si uiam fecere. Finitimis quibsq; aut bello edomitis: aut ada-
 ctis ad sedium cōmunicationem: uinuli prius dicti: Deinde langobardos
 sese appellauere: Cuius de nominis causa multa feruntur. In eam tamē sen-
 tentiam fere omnia a Barbarum longitudine sic appellatos: Quas soli in-
 ter Germaniae populos enutrent. Decem sub regibus ad eam: de qua scri-
 bimus: aetatem fuere. Inter quos lamissio secundus pccnas a Bulgaris ob
 necem Agilmundi regis interfecti ingēti uictoria repetiuit. Atq; ea tempe-
 state tum primum Bulgarorum nomen auditum. Tenuere sub Andoīno
 rugilandam prouinciam annos octo atq; triginta: A quo deinde in Panno-
 niam sunt translati. Quas sedes: tum eo sub rege: tum sub Alboino eius
 filio incoluere: per annos duos & quadraginta. Foedus & amicitiam cum
 imperio constanter seruauere. Ab hoc Alboino Narses quum ad expedi-
 tionem italicam duodecim equitum milia eius gentis perq̄ liberaliter tradi-
 ta accepisset: Reuersi in pannonias. Summa cum gloria Totile regis inter-
 fecti: Sicuti primas sibi partes confecti tribuebant belli: Qui regem soli
 interfecissent: Ita (ut fit) famam huius terre inter populares summis laudi-
 bus extulere: Illius pulchritudinem narrare: Fructuum omnis generis: Et
 praesertim uini feracitatem: oppidorum tum copiam: tum magnitudinē.
 Quibus auditis rebus langobardi magis magisq; quotidie accēdi animo:
 atq; occasionem optare: ad eas petendas sedes. Neq; non libenter quidem
 Alboinus audire. Expectabat ipse quoq; tempus cōmodius. Obrulit autē
 breui sese aduerso & infelici italiae fato: Per hunc maxime modum. Nam
 q; Iustiniano maxima cum gloria uita functo: & imperio ad Iustinū secun-
 dum delato: Dum Narses maximis (ut par erat Italiae seruatore) opi-
 bus floreret: Illae uero & inuidiam comparassent: & inimicos: accidit ut
 aduersa fere semper secundis rebus fortuna: Quod tanta cum gloria Iusti-
 nianus restituerat malesani nepotis impotentia denuo perturbaret. Narse-
 tis siquidem inimici Iustino suadent: Vt posteaq̄ italia a Gotthis liberara
 neq; exercitibus neq; classibus indigeat: Italiae totius prouentuum pecuni-
 as deferri ad sese imperet. Exhaustum siquidem diuturnis Iustiniani bel-